

visitatores eorum inerint ad partes suas habeant vite necessaria gratis ab exactoribus et villicis suis/et sint liberi a thelonei exactione.

**U.** dei gratia Danorum Sclavorum rex omnibus in regno suo constitutis. Salutem et gratiam. Significamus vobis quod misericordie et pietatis intuitu fratribus de Listercio hanc concessimus immunitatem ut quotienscumque visitatores eorum ad partes nostras venerint/apud exactores nostros et villicos gratis habeant vite necessaria/et in foris et in portibus super rebus quascumque comparauerint vel quocumque modo habuerint immunes sint et liberi a thelonei exactione. Et ne quis huic nostre donationi contraire audeat/ipsam sigilli nostri impressione et litterarum testimonio confirmamus. Quod si quis contra hanc nostram libertatem venire presumpserit/indignationem nostram se noverit incursum. Datum Anno incarnati verbi M. cc. xxix. vj. Monas Ahartij.

Dominus comes Lugdunensem et Forensium remittit pedagium et leidam pro omnibus rebus eorum qui sunt sub obedientia abbatis Listercij que transferuntur per terram suam.

Beatissimo patri suo et domino carissimo dei gratia Listerci domus sanctissime abbati sanctissimo S. Lugdunensi atque Forensium comes qualiscumque seipsum et sua/pedagium et leidam pro rebus vestris propriis in terra mea ubicumque vendendis et emendis vel transferendis tam vobis quam alijs omnibus subditis vobis et obedientibus imperpetuum diuino intuitu remitto/ sicque ab heredibus meis voluntatis mee dispositione inuiolabili tenendum

esse pmitto. Vestre autē sanctitati pater optime supplicare nō  
cesso quaten⁹ abbatū vestrorū omnib⁹ orationibus me pecca-  
tozem miserū z mandatorum dei transgressorē infelicissimū cō-  
mēdare dignemini singulis si placet iniungēdo/vt z ipsi reuer-  
si fratrum suorum orationibus me et mea commendare dignē-  
tur. Cal.

373<sup>4</sup>

**Comes Foren̄** confirmat donationem  
factam per patrē suum omnib⁹ abbatib⁹  
ordinis de pedagio leida z omni exacti-  
one omnium rerū ordinis que portātur  
per terram suam.

**Ego Bingu** dei gratia comes Foren̄ Morū volo fieri omni-  
bus p̄sentes litteras inspecturis qđ bone memorie Bingu pa-  
ter meus dedit deo z beate Marie Listercū fratrib⁹ q̄ ibidem  
deo seruentibus. Sed z omnibus abbatib⁹ eiusdē ordinis pe-  
dagiū/leida/z omnē aliam exactionē pro rebus suis pprijs  
in tota terra sua vbiq̄ vendendis vel emendis vel transferen-  
dis. Ego quoq̄ p̄ remedio anime mee z vxoris z eiusdē patris  
mei predictā elemosynā concedo/laudo/z p̄sentis scripti sigil-  
liq̄ mei testimonio cōfirmo. Actū anno dñi Milleesimo ducen-  
tesimo vicesimo quinto.

**Dominus vicecomes Massilien̄** cōcedit  
omnibus de ordine qđ securi trāsire pos-  
sint per urbem Massiliam z per omnem  
terram suā/necnon vendere z emere abs-  
q̄ omni exactione vt sit particeps oratio-  
num ordinis.